Vasco natione domini Clementis pape quinti ex nepte
nepos dyaconus cardinalis tituli sancte Lucie. ¶ Item
dominus Johannes Gaytani natione Romanus de Vrsinis
dyaconus cardinalis tituli sancti Theodori. ¶ Item
canonizauit et sanctorum confessorum cathologo adnotauit
sanctum Ludouicum episcopum Tholosanum filium quondam
Karoli secundi Sicilie regis vij° idus aprilis anno
domini millesimo ccc° xvij°. ¶ Item deposuit a pontificali
ordine et dignitate episcopum Caturcensem Hugonem
Geraldi ablatis ab eodem omnibus pontificalibus
insignibus videlicet anulo atque mitra et capa tunc Romana
curiam sta per breueto. Sicque relictus primo in seculari
habitu clericali fuit adiudicatus perpetuo carceri in-
carcerandus die mensis maii apud Auinionem anno domini
millesimo ccc° xvij°. ¶ Postmodum vero extitit in forma
a iure tradita actualiter degradatus per cardinalem
episcopum Tusculanum. Seque verbo degradatus fuit
traditus curie seculari per cuius iudicium fuit
tractus publice et in aliquibus partibus corporis excoriatus
et demum combustus in mense Julii subsequenti quia
fecerat dictus fuit in mortem summi pontificis
fuerat machinatus. ¶ Anno domini millesimo ccc° xvij°
circa festum sancti Johannis Baptiste fecit
dyaconum sancti Eustachii dominum Arnaldum de Via
suum ex sorore nepotem fratrem domini Jacobi de Via
germanum suum presbiter cardinalis qui pape octaua
die obierat precedenti. ¶ Eodem vero anno tamen in
mense Julii cp̄ angusti cathedralis sancti Stephani